Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

Aristotel. Analyticor. priorum libb. 2. et posteriorum libb. 2.

5.

Aristotelis Analyticorum priorum libri duo, et posteriorum totidem. Galenus de libris propriis T. 4. p. 367. inuit, veram et antiquam inscriptionem Analyticorum priorum fuisse de Syllogismo; posteriorum de Demonstratione. In edit. Du Vallii habentur T. 1. p. 79. In codice nostro Titulus est: "Incipit liber primus priorum anaeleticorum Aristt." Init: "Primum oportet dicere „circa quid et de quo intentio". De versione nihil certi habeo. Ceterum integer codex multis est refertus annotationibus marginalibus.

Jo. Regiomontani Tabulæ Directionum.

Cod. LXIII. deest

Chartac. 4to min. Sec. 15.

A. 54.

Joanis Regiomontani Ludus Pannonicus, seu Tabulæ Directionum profectionumque, cum sinuum Canone ad radium 60000, contra Archidiacon. Parmensem. Prosiaa est Epistola dedicatoria, cujus Rubrica sonat: "Reverendissimo in Xto patri ac domino domino Joanni Archiepiscopo Strigoniensi Joannes de Regiomonte se humiliter comendat;" initium vero: "Magnam esse admodum et fuisse semper in edendis libris" etc. Finis: "quas ubi pro acumine ingenii tui proba„veris in publicum prodire jubeto Vale presulum „decus". Sequitur dein institutio de usu tabularum